



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XV. Cautio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

in fabricato valente solidos tantos.
Et superscriptas res per hanc vendi-
tionem publicè tibi à die præsente
tradidi ad possidendum , vt quic-
quid exinde à die præsente facere
volueris, liberam & firmissimam in
omnibus habeas potestatem facié-
di. Si quis verò , quod futurum esse
non credo , si ego ipse, aut ullus de
meis heredibus , vel quælibet vlla
opposita persona, quæ cōtra vendi-
tionem istam venire conauerit, & à
me vel heredibus meis non fuerit
defensatum , tunc inferat tibi , vna
cum socio fisco , duplum tantum,
quantum à te accepi , & quantum
ipsæ res immelioratæ valuerint ; &
præsens venditio omni tempore
firma permaneat.

XV. CAVTIO.

Dominō fratri illi, ille. Ad peti-
tionem meam mihi non de-

negasti, nisi ut in summa necessitate
mea argenti, vel tuum valen-
tem solidos tantos in manu mea ad
præstitum beneficium mihi præsti-
tisti. Et ego pro hoc talem cautio-
nem in te fieri, & adfirmare rogaui,
ut vsque ad annos tantos, in quaq;
hebdomada diebus tantis, opera
tua, qualia mihi iniunxeris, & ratio
præstat, facere debeam. Quod si mi-
nimè fecero, aut negligens, aut tar-
dus exinde apparuero, aut ante ip-
sum placitum me immutare præ-
sumpfero: tunc spondeo me per hu-
ius vinculum cautionis, vbi & vbi
me inuenire potueris, sine vlla iudi-
cis interpellatione pro dupli satisfa-
ctione me retineri debitorem. Sic
quomodo ipsi anni transacti fue-
rint, debito tuo tibi reddito, cau-
tionem meam per manus recipiam,
stipulatione, &c.

P ij